Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8199
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Sanctus Valentinus Confessor Christi requiescit
in pnti tempe Vir Venerabilis Reinharius Epus
presse videtur quosdam res proprietate nostra
que sunt In provintia Avarorum in loco qui dicitur Leyta
sup fontem qui dicitur Schonprun et Infra date iiij
Nonas Martij anno xx Imperij Ludovici et Anno
Regni septimo Actum Osterhoven in palatio nostro
Iste Reinharius Archiepus more boni pastoris verbo
et Exemplo legem Xpi docuit Et sue provintie
tunc subditos Moravos fide Christi Instructos etiam
Baptismate unda abluit ipsorum factus Apostolus
Obijt Anno dni 838 quinto Kalen. Novem: post eius
obitum vacat patr Ecclia propter pallij discordiam
per annum et amplius, huius tempe, Arno primus
Archiepus Salzburgen obijt. Cui succedit Amilon
Abbas ad S. petrum qui ferme dimidio sedit Anno et
morte preventus Consecrationem non est consequutus.
Cui et iam succedit Adalbrandus pijssimus Doctor
Archidiaconus Anno dni 821. electus est ab Eugenio
papa in presentia Regis Lotharij filij Caroli magni
pallio sublimatus Idibus Novemb: Anno 824 quo
defuncto Anno salutis 836 Limpramus succedit, qui
a Gregorio quarto pallio honoratus.